+ 6

35

.Centum. libr. den. Dum tamen quod dum est de corporibus motus non procedis

accidentibus incontrarium. quinquaginta. libr. den. Et predicta locum non habeant quando mo

... fort
... bus ar
... dimitte
... re et
... et de
... stium
... ndo a
... cede
... cleri
... . tur.

... ua vel
... eri vel
... adant
... e are
... ti proce
... et quod
... vel p
... r reli
... tibus
... bra fa
... minorib.
... danti
... centi.
... ona
... latus
... nt deu
... na den.
... ntij. r
... s quod
... can
... ponit
... t por
... lericos
... po quod.
... ent form

Quod cum quibusdam personis defuncti obsequijs funeris honorandi dari potest una cum eis possint expendere et expensum fieri facere. Et quicumque ... ...

.Lxi.

Statuti num. 12
Frammento num. (8)
11 Fogli, 35–45
Statuti pre-1366.
12.11.97
G.B.

8

Centum libr. den. Dum tamen quod dum est de corporibus mortuis non ponendis seu portandis in platea non vendicet sibi locum in illis qui infortunio accideret quod absit qui non recognoscerentur quo casu ipsa corpora que cassa fuerit que non recogno scerentur poni possit in dicta platea et esse et in eam portari et teneri donec placuerit dominis potestati et Capitaneo Civitatis pis. qui pro tempore fuerit vel alteri eorum ut ipsa corpora recognoscantur. Quod artes et artifices possint portare dupleria cere ad mortuos de tali arte vel societate et non aliis. Rubrica.

lx. Item Ordinamus quod Consules mercatorum. Auditores cambii nec camerarius alicuius artis Civitatis pis. nec aliqua ars nec artifices alicuius artis corporis vel collegii de Civitate non audeat nec presumat accedere ad aliquod corpus humanum mortuum de civitate pis. nec ante nec post tale cadaver nec ad ecclesiam sepulture ipsius cum duplerijs cereis. Salvo quod predicta non habeant locum quando moriretur aliquis artifex alicuius artis illius artis corporis vel collegii nec in advocatis et notarijs ipsarum artium quo casu fratres illius artis corporis vel collegii de quo vel quibus dictum corpus humanum mortuum fuisset vel de quibus fuisset Iudex vel notarius valeat accedere cum duobus duplerijs tantum impune. Et si non persona mortua fuisset de aliqua Societate vel fraternitate vel corpore vel collegio quod fratres ipsius societatis fraternitatis vel collegii duos duplerios sive cereos tantum portare seu portari facere possint et hoc sine pena. Salvo quod ultra predicta Societates (et artes et collegia sive confratria) possint portare seu portari facere cereos et accedere ad mortuos secundum formam ordinamentorum societatis (artis collegii sive confratrie) cuilibet pena

accedentibus in contrarium. quinquaginta libr. den. Et predicta locum non habeant quando moriretur aliquis offitialis communis pis. forensis et in Epo pisano et prioribus artium Civitatis pis. qui decederet durante offitio quo casu quilibet possit accedere et dictum corpus pro libito honorare. Et de predictis sufficiat probatio quatuor testium de fama. De uno cereo portando ad mortuos et non pluribus et de candelis et ponderis ipsarum dandis clericis venientibus ad mortuos. Rubrica.

lxi. Item quod pro aliqua persona mortua vel ad sepulturam ipsius non debeat fieri vel ultra quam unum cereum quod non excedat nec excedere debeat ultra. octo. libr. cere ad pondus pena cuilibet contrafacienti pro vice qualibet. vigintiquinque. libr. den. Et quod candele cere que mictuntur alicui mortuo vel pro sepultura ipsius dande clericis et religiosis ad talem mortuum venientibus sint tales quod duodecim candele libram faciant et non pauciores computatis minoribus et maioribus pena in contrarium danti et dari facienti ipsas candelas. Centum. sold. den. Et detur cuilibet clerico una candela de predictis tantum. nisi esset prelatus offitialis vel antistes quibus possint dari due vel quotlibet ad plus possint etiam dari due pro quolibet canonico Sancti Laurentii. Et quia sepe huic legi fit fraus quod non dantur per aliquem set cerei et candele maioris ponderis intendunt ponuntur et religiosi vel clerici auferunt et portant et contra ipsos religiosos et clericos lex imponi non potest. Statuimus quod eo ipso quod visi fuerint portare ultra vel preter formam

procedens capitulum cum vero ... non obstante cassatione ... remissit.

... qui quidem ... obsequiis ... honorandi ... possint expendere ...

pdam q heredes talis mortui puniantur
in. centum libr den pequalibz vice qua de
factum fuit. Q offitialis diebus festivis
vadat vel mictat ad ecclesias et vias p
contentis i supradictis caplis et de arbitrio
offitialis. Rubrica. xxv. xxv. xxv.
·lxii. Item statuimus ad hoc ut melius possit
fieri executio pdco: q pdcus offitialis
teneatur et debeat singulis diebus dnical
et festivis salte bis in die an prandium
et post prandiu ire vel mictere suos no
tarios et berruarios ad ecclesias fratrum i
dominica Francisci et Agustini Santi
petri Sci Constantii et sca Angeli de fois
porta et ad alias venias ubi erit geniu
concursus et inspicere rimare et videre si in
venerit aliqua vel aliquem portare vel ali
quid face contra forma presentium caplorum
cuius aspectus et relato habeatur pplena pro
batione et ex sua relatione liceat eidem offi
tiali contrafacientes et portantes punire in
penis pdictis. Pena dco offitiali si in pdcis
fuit negligens. Centum libr dnnete
que p suos sindicatores debeat auferri
tpre sui sindicatus et de hoc expsse debeat
sindicari. De arbitrio dci offitialis
intrandi domos de quibz mortui extra
herentur vel in quibus contra fieret contra
forma caplorum. Rubrica.
·lxiii. Et ut etia pdca melius executioni mandentur
ordinamus q liceat sit et pmi
ssum eidem offitiali eiusque notariis et fami
liaribus intrandi domos de quibus mor
tui exierint et si aliquis remansit contra
supradictam forma et etia domum in qua co
nvivium fiet seu fieri diceretur. Et nulli
liceat tali offitiali vel eius familie domu
claudere s eis statim aperire cum ad
domum accesserit pena. decem libr den p
qualibet vice qualibz cuilibz no aperienti auferendi

et inquisitorem face si contravenctum fuit in pre
dictis no tamen intrare possit domum alicuius
nocturno tpre. De arbitrio et mo pro
cedendi contra culpabiles i quibuscumque conten
tis i statutis huius libri. Rubrica.
Item dcus offitialis possit teneatur et de ·lxiiii.
beat contra omnes illos qui repiren̄tur culpa
biles de aliquibz contentis in supradictis et infra
scriptis ordinamentis vel aliquo eorum ex suo offi
tio et ad petitionem cuilibz procedere summarie
et de plano et sine strepitu et figura iuditii
sine iuris solepnitate et substantia iuditii
observata vel non. Et executiones que evenerint
faciende face de facto sine aliquo processu vel
sententia. De parte lucri precii qua
offitialis pfitus venire fecerit in co
muni. Rubrica. xxv. xxv. ·lxv.
Item q offitiales et massarii cois pusi tene
antur et debeant eidem offitiali dare et solvere
quartam partem totius quantitatis pecunie qua
venire fecerit in ere camere sui offitii pdicti
et in frascriptis ad petitionem ipsius offitialis
sub dca pena eisdem massariis sino solicitet
et debent ut dictum est sine alio precepto
vel mandato ex parte alicuius offitialis cor
pusi vel aliqua solepnitate.
Q capitulum decoratis no habeat locum
in comitatensibus. xxv. xxv.
Item statuimus et ordinamus q ·lxvi.
capitulum loquens de obsequiis et ca
pitulum quod loquitur de ornatis in comita
tensibus habitantibz in comitatu nullo mo ven
dicet sibi locum.
Q dcus offitialis sit iudex viarum
platee fontium et stratarum. Rubrica.
Item etiam statuimus et reformamus
q dcus offitialis sit et esse debeat sup exo ·lxvii.
cupatione et aconcimine purgatione et repa
ratione platee et fori cois pusi et stratarum
regalium et omnium aliarum viarum et fontium

No penale syndico

No. bene hic stat

civitatis burgorum et suburgorum Perusii et per
per civitatem Perusii existentium usque ad fin
dictam castrorum et villarum propinquiorum
civitati Perusii.

De facientibus sive tenentibus inmunditiam seu turpitudinem ante eius domum et quibusdam aliis locis. Rubrica.

.lxxvii. Ille autem ante cuius domum inventa fuerit
turpitudo vel [illegible] ia teneatur sollicite
provinciae qualibet poena nomine sine elevamento
in termino sibi assignando viginti sold.
den. Et nichilominus elevare teneatur
et compellatur post et inmunditias sta-
bulamen et inpomitia removeri faciat dominus
offitialis et eius notarius de viis publicis et
vianalibus et plateis et aliis locis civi-
tatis burgorum et suburgorum Perusii. Et pla-
team et forum communis Perusii remundari et
purgari de putredine et inmunditia facere
teneatur. Et etiam debeat quotiens opus
esset inquirere actamoratis et cameras
vel ponticellas tenentibus et habitantibus qui
sunt circha plateam et forum communis Perusii
et ab aliis prout dicto offitiali videbitur
et de putredine et inmunditia que fiet
in dicta platea vel foro et si invenerit ali-
quem culpabilem de predictis per inqui-
sitionem quam faciet debeat et teneatur
qui inventus fuerit culpabilis puniri qua-
libet vice communi Perusii nomine poene quadraginta
sold. den. Et similiter fiat de plateis communibus
privatorum et inter quascumque personas ceteras
ad hoc ut nitide permaneat et inmunditiis
non valeat ledi sub dicta poena.

De custodibus secretis eligendis ad denumptiandum delinquentes contra formam presentis statuti. Rubrica.

.lxxviii. Item ne aliquis vel aliqua mares vel
femine in predictis vel aliquo predictorum delin-
quentes transeant impuniti. Et ut contra
delinquentes et contrafacientes in predictis vel
aliquo predictorum in supradictis capitulis vel ali-
quo predictorum contentis singularum penarum fiat
exactio. Statuerunt et ordinaverunt et re-
formaverunt quod cancellarius communis Perusii
~~teneatur~~ non vinculo iuramenti et ad penam
centum librarum denariorum sibi de suo salario si contra
fecerit pro vice qualibet auferendam mitat
et debeat eligere seu eligi facere denumptiatores secretos
de sex mensibus in sex menses usque ad numerum
quinquaginta. Videlicet decem per qualibet porta et
ipsos custodes et ipsorum nomina dare in scriptis
dicto offitiali super predictis. Qui denumptia-
tores cogantur acceptare offitium supra-
dictum. Et iurent ad sancta dei evangelia cor-
poraliter tactis scripturis coram dicto offitiali
ipsum offitium bene et legaliter et sollicite exercere.
Qui custodes teneantur et debeant vinculo
iuramenti omnes et singulos homines et personas
mares et feminas quos et quas invenerint
viderint vel scienerint contrafacere vel venire
in predictis vel aliquo predictorum in supradictis
capitulis vel aliquo predictorum contentis vel contentorum
in scriptis dare ~~et mictere in quodam~~
~~cippo facto seu fiendo si factus non sit in palatio~~
~~habitationis dicti offitialis~~ ponendo clare nomen
et pronomen delinquentis et porta et parochia
unde est et declarare locum in quo deliquid
et contrafecerit et quo die. ~~Et ne in dicto~~
cippo palam per predictos custodes aliquis
valeat mictere et ut sciatur qui predictos
custodes extiterit mictere. Dictus offiti-
alis teneatur et debeat cuilibet dictorum custodum
tempore quo acceptat offitium unum nomen quod
talis custos scribere et ponere teneatur in
qualibet cedula quam in dicto cippo inmiserit
de aliquo contrafaciente. Et quod in dicto cippo
ponantur et ficcantur due sere cum duabus

(Vegli di guardia nell'annale de Cenvirale 1403)

clavibus, quarum clavium unam habeant
massarii communis pisani, alia ipse habeat offitialis
predictus. Et quolibet die sabati supradictus
offitialis et dicti massarii teneantur et debe-
ant aperire dictum cippum et cedulas
repertas in dicto cippo notario dictorum massariorum
inmediate debeat registrare et ipsas penes
offitialem predictum relinquere. Cum offitia-
lis teneatur et debeat incontinenti procedere contra
tales incuppatos vel incuppatas et ipsos et
ipsas punire et condempnare secundum formam in dictis
capitulis declarata vel predictorum aliquo infra decem.
dies a die qua ipsas cedulas in ipso cippo
reperit pena tam offitiali quam massariis et
eorum notario si contrafecerint vel negligentes
extiterint in predictis. Centum librarum denariorum a
negligente vel contrafaciente quolibet predictorum et
qualibet auferenda tempore sui sindicatus
pro communi. Et quod dicte cedule et quelibet earum pro
plena probatione in omnibus habeatur. Et quod nulla
ex dictis cedulis possit vel debeat dilace-
rari vel occultari aliquo modo vel causa pena
dilaceranti vel occultanti vel dilacerari vel
occultari procuranti. Centum librarum denariorum sibi
per suum sindicatorem tempore sui sindicatus
de facto auferenda. Aliquo contrario non ob-
stante

Quod nulli liceat ballare seu saltare cum
dominabus tempore militie vel nuptiarum alicuius et cetera.

-lxx. Item ad evitanda inhonesta et turpia
que in conrediis militiis nuptiis sepe
committuntur. Statuimus et ordinamus
quod nullus mas audeat vel presumat
tempore militie nuptiarum conredii vel alio et
quocumque tempore tripudiare seu ballare vel
tripudium seu ballum facere cum aliquibus
dominabus seu cum aliqua domina nec ad ri-
dellum intrare pena contrafacienti pro vice
qualibet qua contrafecerit. Viginti quinque.
librarum denariorum sibi per dictum offitialem auferenda
Aliquo non obstante.

De electione et offitio capitanei custodie pa-
latii dominorum priorum. Rubrica.

Propter varias operationes et volu-
ptates hominum in malum dispositas et
quas semper in hominibus hodie natura produ- -lxxi.
cit. Et quod quasi ubique videntur pestifere
necesse est quod domini priores artium a quibus
status popularis dependet custodes
habeant et in eorum palatio ordinatos. Sta-
tuimus et ordinamus pro securitate ipsorum
et pro conservatione pacifici status dicte
civitatis quod semper et omni tempore unus
sit capitaneus qui vocetur capitaneus
custodie dominorum priorum et palatii habita-
tionis ipsorum vir probus legalis et
circumspectus. Qui capitaneus eligi
debeat per illos bonos viros qui insac-
culati sunt vel insacculabuntur in futurum
ad eligendum dictum capitaneum qui semper
insacculentur ut moris est tempore
quo alii offitiales et electores aliorum offi-
tialium insacculabuntur et in publi-
catione ipsorum ille modus servetur qui
ordinatus est ut servatur in publica-
tione offitialium eligere debentium potte-
statem et capitaneum et maiorem sindi-
cum communis pisani. Qui capitaneus offitium
iurare debeat per annum et esse debeat
ad custodiendum dictos dominos priores et
palatium et etiam ad congregandos pro suos
notarios consiliarios quecumque consilia congre-
gari volent dicti domini priores in eorum palatio.

Valeat esse acusator et habeat medietatem
banni. Et nullus autem possit esse prior ar-
tium Civitatis pist. qui non sit oriundus
de civitate vel burgis vel comitatu pist.
ad offitium prioratus ipse et pater eius, his
qui iam fuerunt priores et in offitio pri-
oratus vel impresenti sacchulo essent in
sacchulati pro prioribus artium, nec ad offi-
tium prioratus eligi valeat vel assumi.
Et quod nullus possit esse prior pro aliqua ar-
te per eam et pro illo pinsino et parentibus qui
qui non habeat et habuit ab uno anno citra in
Civitate vel burgis domum bona valoris
ad minus computata domo et possessionibus
stabilibus. Sexcentarum librarum denariorum et qui
non habeat et habuit ab uno anno citra in Civi-
tate vel burgis librum ad minus sexaginta
librarum ad extimum. Et quod nullus no-
tarius Civitatis pist. vel offitialis comunis
pist. audeat vel presumat accedere post
electionem pro aliquam librum aliquid
et qui contrafecerit puniatur ipso facto
in centum libris denariorum, et quilibet sit inde
acusator et habeat medietatem banni et
dicta talis amitato non valeat. Et quod si quis
vel preter dictam formam elegerit eligetur
cuius electio non valeat nec teneat ullo
modo. Et si quis vel preter dictam formam
electus offitium prioratus receperit vel
exercaretur solvat nomine pene si offitium
acceptaret. Centum libras denariorum et puniatur qualibet
qua aliquid ut prior exercaretur vel fa-
ceret. Centum libras denariorum solvere teneatur
et in ipsis dominum potestatem sindicum et iudicem
iustitie comunis pist. possit et debeat condemp-

nari et quilibet inde possit esse acusator
et de condempnationibus huiusmodi medietatem
habeat comune et quartam partem habeat dictus
sindicus et aliam quartam partem habeat
acusator. Qua medietate massarius comunis
pist. dare teneatur sine alio precepto
vel mandato sola fide facta quod fuerit acu-
sator et quod ob hanc causam fuerit condempna-
tus. Quicumque autem fuerit prior ar-
tium civitatis pist. a tempore sui prio-
ratus ad tres annos prior esse non possit
nec ad ipsum offitium eligi valeat vel
assumi. Et si eligetur eius electio non
valeat ullo modo. Volumus etiam
quod tempore electionis priorum interesse non pos-
sint nec debeant priores qui pro tempore fu-
erint sub pena vigintiquinque librarum denariorum
Et quilibet possit esse acusator et habeat me-
dietatem banni. Sed ibidem intersint duo
fratres minores litterati et notarius potestatis
et cancellarius et electores et unus ex
militibus domini capitanei qui singulariter
iurare faciat electores eligere priores de
in prudentioribus et melioribus et le-
galioribus artifficibus civitatis et bur-
gorum pist. qui scripti sint in matricula
aliqua artis civitatis et burgorum
pist. et non dare vocem suam alicui
pro quo eligendo rogamina recepisset vel
esset rogatus. Et quod nullus qui non
esset de novo eligetur debentium acce-
dere debeat vel possit ad locum ubi dicta
electio fiet ~~[illegible]~~ debentes non eligere non accedat
~~libras denariorum~~ sine apodixa sui rectoratus

Nota quod potestas debet se & ... scriptis in matricula
Nota quod possit dare vocem

Foglio di guardia del volume
Fogli annali Decemvirali 1553 – 56

14

qua ostendere teneatur de cancellario
et aliter ad ueram dandam (non admictatur) sub pena
quingentarum librarum denariorum parvorum contrafacienti
et quilibet valeat esse acusator et habeat
medietatem banni amassarius communis pro
rius eius quod devenit in communi camere predicta
sine alia apodissa precepto uel mandato
facta fide de acusatione et quod dicta debita fuerit
contraprobatus. Et ut in electionibus ipsorum
priorum debita convenientia et decens e
qualitas servetur aliquis qui non posset
esse prior artium uel in offitio prioratus
per formam ordinamentorum in priorem
uel offitio prioratus non valeat eligi
et si contra fieret predicta fieret electio non va
leat nec teneat ymo eam revocare et
revocari facere dictus sindicus et iudex
iustitie iuramento proprio teneatur. Et omnia
et singula ordinamenta capitula et refor
mationes ac statuta que huic provisioni
et ordinationi quolibet contradicerent uel
obstarent sint cassa et irrita quantum
in hiis in quibus contradicerent uel obstarent.

Insuper volumus quod nullus prior artium
existens in offitio prioratus audeat uel
possit ire ad brevia aliqua que darentur
in aliquo consilio et statim cum priores di
videntur pro brevibus capiendis exi
re et discedere debeat de palatio in quo
brevia dabuntur. Et deinde palatium non
reintrare donec fuerint completa dari
dicta brevia. Et nemo de eorum priorum audeat
loqui cum aliquo qui habuit breve ca
aliquem eligendi donec elegerit offitiale

que debebit eligere et qui contrafecerit
in aliquo predictorum solvat pro pena quando
decem libras denariorum. Et quilibet inde sit et
esse possit acusator et habeat medietatem
banni amassarius communis predicto modo dicto
dummodo quilibet ex prioribus predictis
possit adire deputati offitij ire ad omnia
consilia et adunantias et pro brevibus
capiendis deinde ad sex menses sine
pena aliquo non obstante et de omnibus
supradictis in toto hoc capitulo credatur
sacramento acusatoris cum uno teste.

Illi igitur qui electi fuerint priores
artium secundum modum et formam predictam
sint et esse debeant priores artium
pro communi et populo florentino et artibus et
artificibus civitatis predicte per duobus
mensibus tunc futuris initiandis
die kalendarum mensis sequentis post
eorum electionem. Et ordinato inter rec
tores quo et qua forma in electione
priorum procedendum sit et eorum electio debe
at celebrari subsequenter per duos fratres
minores dentur brevia cum priores ve
nerint foras hinc mercatorum. Et hoc
pacto dentur brevia priorum debeat de
quibus mercatores esse non debebunt
et sicut priores venerit ita et taliter pro
cedatur. Et postea rectores artium
et quilibet eorum prestito corporaliter iurare
debeat super ipsa electione secundum modum
et formam traditam de illis solummodo per
sonis quas cognoverit et putaverint
magis ydoneas et sufficientes ad prioratus

q(uia) plerumq(ue) ex diversis caus(is) offitii deficiunt ut accidit i(n) offit(io) prior(um) q(ui) cu(m) no(n) pot(est) s(ecundu)m forma(m) statuti q(uod) loco deficientium [illegible] priores comu(nis) supplere possit eos defectu(m) [illegible] ubi abs[illegible] de tu [illegible] ca[illegible] abhys

offitiu(m) [illegible]ndum eligere et nominare de bona [illegible] et de prudentioribus melioribus et [illegible]galioribus artifici bus Civitatis [illegible]ngorum p(re)ssuppos(it)is secundum forma(m) statutorum et ordinamentorum dicte et ip(s)orum. Et facta electione p(re)dictorum priorum remaneat in custo(dia) quousq(ue) publi(ca)buntur. Et si in electione priorum ar tium que fiet ad scruptinum aliqui concurrerent pares in vocibus tunc nomina talium concurrentium in pari numero vocum mictantur in brevibus in aliquem becchium et ille cuius nomen prius sorte exivit sit et esse debeat prior artium. Salvis semp(er) et reservatis sacrificiis priorum factis et faciendis imposterum et reformationibus et ordinamentis dictorum Sacchulorum quibus per presens capitulum in nullo derogetur. Nullus aut(em) de Civitate vel burgis aut comitatu p(re)ssupp(os)itis possit nec debeat esse prior artium pop(u)li Civitatis p(re)ssup(osi)te vel ad offitium prioratus eligi nec assumi qui non sit scriptus in matricula illius artis pro qua fuerit ad sumptus prior vel electus et fuerit per t(em)pus ~~quinque~~ trium annorum et scriptus in libro de matricule per notarium illius artis fuer(it) per dictum t(em)pus. Et quicumq(ue) fuerit contra vel preter dictam formam electus prior eius electio non valeat nec teneat ullo modo. Et de hoc debeat inquirere p(re)dictum Sindicum et Iudicem iustitie pala(m) et secrete prout sibi videbitur p(ri)ma die vel s(ecund)a qua fuerit facta electio dictorum priorum novorum. Et ad hoc ut ipse Sindicus et Iudex possit inquisitionem ipsam facere priores artium qui pro t(em)pore fuerint incontinenti facta electione p(re)dicta debeant et teneantur vinculo iuramenti sub pena centum librarum denariorum pro quolibet dicti facere in scriptis eidem Iudici nomina novorum priorum et pro quibus artibus fuerint electi. Cum Sindicus et Iudex statim habitis dictis nominibus teneatur et debeat mictere pro camerariis et notariis cuiuslibet artis de quibus fuerint dicti priores et eos debeat examinare et respondere facere sup(er) dicta inquisitione. Et facta examinatione et responsione p(re)dicta et habita et recepta cer tificatione camerariorum et notariorum artium de quibus erunt dicti priores electi idem Sin dicus et Iudex iustitie teneatur et debeat s(ente)ntiam absolutoriam vel condempnatoriam cassationis seu confirmationis ip(s)orum priorum et cuiuslibet eorum facere ante receptionem sacrame(n)ti ip(s)orum priorum et ante introitum eorum offi tii non obstante si in p(re)missis processibus non fuerit s(er)vata solepnitas et ordo iuris dummodo sumarie ad p(re)dicta procedi debeat p(er) dictum Sindicum et Iudicem ut sibi visum fuerit. Et si dictus Sindicus et Iudex ad p(re)dicta negligens fuerit et remissus solvere debeat com(m)uni p(re)ssup(osi)to pro vice qualibet de suo salario ducentas libras denariorum [illegible] de facto per suos sindicatores auferendas t(em)pore sui sindicatus. Et si eius sindi catores non condempnaverint dictum maiorem Sindicum si negligens fuerit ut predictis

12

(Foglio di guardia tolto dall'Ann. Xviale 1403)

eadem pena puniantur. Quorum camerarii
et notariorum testificationibus in singulis capitulis super
dictis habeatur et plena probatio per eos prime
prestito iuramento. ¶ Alia insuper ordi
namenta statuta et reformationes loquen
tes de examinatione et electione et inquisitione
priorum in sua remaneat firmitate. ¶ Sal
vis semper et reservatis sacchettis priorum
faciendis imposterum et reformationibus
et ordinamentis dictorum sacchulorum quibus
per presens capitulum in nullo derogetur
sive in quantum fuerit insacchulatum in ipsis
sacchulis secundum formam statuti in presenti
volumine contentorum.

De offitio dominorum priorum artium civitatis Pistorii
Rubrica.

Offitium quoque dominorum priorum artium
civitatis Pistorii tale sit quod ipsi et eorum no
lxxiii tarius teneantur et debeat in palatio populi
eorum solite habitationis die noctuque continue
permanere et exinde non exire nec descendere
nisi ex urgenti et necessaria causa et
tunc cum licentia prioris priorum pena sa
cramenti et decem librarum denariorum pro quolibet
et qualibet vice qua contrafecerit quam
licentiam concedere non possit nec debeat
sub pena centum librarum per sindicatorem
auferenda si contrafecerit
dictus prior nisi septem ad minus
de prioribus remaneat in palato et semper
remanere debeant die noctuque. Et dicta
licentia sive licentias que darentur
rogari debeat notarius dictorum dominorum priorum
quolibet die quo concederetur et inde facere
publicum instrumentum que instrumenta lic
tiarum producere debeat tempore sui sindicatus

coram maiori sindico sub pena decem
notario qui non produxerit [illegible] instea
et sub pena restitutionis [illegible] que pena
per sindicum [illegible] debeat exigi a
dicto notario et dictis prioribus si contra
fecerit. ¶ Et si aliquis priorum sine
licentia prioris priorum recesserit vel
saltem notario ~~ubi prior priorum non esset~~
~~esset~~ puniatur pena viginti quinque
librarum denariorum pro qualibet vice. Et possi
nt dicti domini sibi licitum in hiis ca
sibus quando ire deberet vel mitti pro
priorum priorum ad aliquem locum in
consilium ad que ire debent secundum formam
statutorum communis Pistorii vel quando irent ad
ecclesiam sociati cum potestate vel capi
taneo in diebus sollempnibus ut moris est
vel quando irent contra aliquem dominum vel pre
lato vel quando irent ad visitandum et
vel honorandum generales ministros
vel priores religiosorum in quibus ca
sibus possint ire et exire palatium
licite et impune. Dum modo tres ad
minus remanere debeat semper in
palato et in casibus in quibus dicti domini
priores possint licite exire de palatio
ipsorum non liceat eis nec possint con
palatium eorum solite habitationis vel extra
palatia communis et populi Pistorii aliquid
ordinare reformare vel facere vi
gore eorum offitii nisi essent in aliquo
exercitu vel cavalcata communis Pistorii et
quod factum fuerit secus non valeat nec
teneat ipso iure et nullus notarius
predicta extra dicta loca scribere valeat
pena dictis dominis prioribus quingentarum.

librarum denariorum pro vice qualibet et notarius
seu scribenti centum librarum denariorum pro vice
qualibet qua contrafecerit. Et studeant ad bonum et pacifficum et tranquillum statum communis et populi pisani
et eius districtus. Et ad iura
et iurisdictiones et honores communis et
populi pisani promovendum conservare et manutenere et augere pro posse. Dare insuper provideribus studium quod
populus et artes et artiffices dicte
civitatis insolita et vana libertate
et firmitate persistat. Et ne ipsis
per magnates vel alios violentie
vel iniurie inferantur. Et quod ius
et iustitia persone cuilibet observetur
et quod maleficia puniantur. Domino potestati et capitaneo et aliis offitialibus
communis pisani ipsi dicti et predictis auxilium et consilium et favorem quandocumque opus fuerit efficaciter exhibere
teneantur. Pecuniam avere res
et bona communis pisani diligenter facere
custodiri et ipsam non expendere nec
expendi facere inutiliter nec contra formam statutorum et ordinamentorum communis
et populi pisani. Quorum priorum
offitium domini potestas capitaneus maior
sindicus et iudex iustitie et quilibet
offitialis communis pisani debeant manutenere pro posse ac etiam honorare pro
honore et statu populi pisani et
eis hostia non claudere nec claudi facere

nec clausa tenere vel teneri facere sed liberum eis prestant auditum et accessum
quandocumque et ubicumque ipsi priores dicto
fuerint accedere pena quingentarum
librarum pro quolibet qui contrafecerit ipsorum predictis
et qualibet vice. Dum modo sint septem.
et aliter accedere non possint sed sunt
forma data supra in statuto de offitio potestatis et capitanei. Et si domini
priores artium omnes vel saltem septem
ex eis dixerint vel protestati fuerint
potestati vel capitano et aliis offitialibus
communis pisani quod ipsi vel aliter eorum non procedere contra aliquem quod potestas ille potestas
vel capitaneus vel alii offitiales cui super
hoc ipsi protestati fuerint non debeat contra
talem procedere realiter vel personaliter inde
ad tres dies pena quingentarum librarum denariorum
pro quolibet qui contrafecerit in predictis et qualibet vice. Teneant insuper dicti priores et eorum notarius ac etiam cimerlingi artium dicte civitatis credentias secretas spirituales imperpetuum et temporales ad tempus
pena centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et privationis offitii ~~non~~ ~~prioratus~~ sic
non sic et notariatus sic et camerariatus imperpetuum. Non possit
insuper dicti priores proponere nec reformare
nec proponi nec reformari facere nec proponenti consentire tempore eorum offitii prioratus in aliquo consilio vel adunantia vel alicui facere
aliquod eorum vel alicuius eorum sive eorum notarii proprium factum vel negotium. Nec etiam proponat
nec proponi nec reformari faciant aliquid de aliqua aut super aliqua questione vel causa civili vel criminali que vertetur in curia potestatis vel capitanei vel

Nec possint dicti domini priores eligere ad
aliquod officium cum salario proprio...
... ad aliquam ambasiatam... aliquem
eorum vel alicuius eorum consanguineum
usque in tertium gradum...
nec eorum notarium

maioris sindici et iudicis iustitie vel alterius offitialis communis Pisarum. Et nulla legem nec reformationem facere possint que tangat vel tangere possit aliquam causam pendentem vel spetialem vel generalem sub quocumque tenore verborum generaliter vel spetialiter loquendo. Quam si fecerint vel facere voluerint, cancellarius communis Pisarum vel notarius dictorum priorum scribere non debeant, pena dictis prioribus et dictis cancellario et notario si contrafecerint ducentarum librarum denariorum pro quolibet; que pena per eorum sindicatorem debeat aufferri ai pnatur offitiorum per tempus quinque annorum.

Et si dicti cancellarius vel notarius scriberent vel dictam reformationem dicti priores facerent, iudex coram quo produceretur vel allegaretur ipsam observare non teneatur nec observet sub pena ducentarum librarum denariorum. Et exnunc prout ex tunc sit nulla et pro nulla habeatur et de predictis debeant spetialiter sindicari.

Nec proponat nec reformet nec proponi nec reformari faciat in aliquo consilio vel adunantia aliquid quod esset vel redundaret in dampnum aut preiuditium vel diminutionem iuris vel iurisdictionis communis vel populi Pisarum vel alicuius universitatis vel alicuius spetialis persone civitatis vel comitatus aut districtus Pisarum. Et si proponeret vel reformaret aut proponi vel reformari faceret in contrarium, in quingentis libris denariorum pro quolibet eorum tempore eorum sindicatus debeat condempnari et etiam condempnetur in restitutione et satisfactione cuilibet in quo propterea lederet aliquem vel dampnificaret.

Possint insuper et teneantur dicti priores reconciliare ad pacem, unitatem et concordiam reducere dominos potestatem et capitaneum et alios offitiales communis Pisarum si qua conpabsit contigerit discordia inter eos, et etiam artes et artifices de contemptionibus que esset inter artem et artem et inter artifices unius artis circa artis vel offitiorum ipsarum artium vel ipsius artis. Dum modo non intelligatur contemptio inter artifices vel artem ubi duarum partium maior pars esset in concordia. Et in predictis et pro predictis eisdem dominis prioribus obbediatur et pareatur a discordantibus ad penam centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente.

Possint etiam domini priores artium et eorum notarius parare et precepta facere per se et nuptios et banulos quos volent cuicumque voluerint et super quocumque facto et negotio usque ad quantitatem viginti solidorum denariorum pro quolibet precepto et qualibet vice et dicta banna ab inobedientibus de facto exigere cum effectu.

Et quod pro ambaxiatis et requisitionibus et aliis opportunis et occurrentibus ad eorum offitium habeant et sibi eligant domini priores artium decem famulos, scilicet unum pro quolibet priore, et quilibet eligat ~~suum~~ nuntium et habeat suum, et notarius eorum unum quem sibi eligere voluerit, et habeant etiam

et suprastiti de quacumque pecunia ad eorum manus perventa vel pervenienda et sine solutione et receptione alicuius gabelle et dictam pecuniam convertere non possit dictus bonus homo in aliquem alium usum opus vel ministerium etiam ad mandatum dictorum dominorum priorum. Et de hac expensa per maiorem sindicum debeat sindicari. Et habeat et habere debeat dictus bonus homo et suprastites et camerarius notarius a dictis massariis visso presenti statuto sine alio precepto vel mandato et durante eorum electione. sex florenos auri pro quolibet pro eorum salario et sic fiat de anno in annum.

Teneantur etiam dicti priores dicte artium mercatoribus et omnibus aliis personis cum requisiti fuerint ab eis dare ut inveniant eos coram offitialibus comunis Pistorii ad iustitiam consequendam et ut unusquisque in suo iure conservetur illesus et ut dampnum non recipiat et ut serventur eorum iura et instrumenta et scripture et rationes librorum et eorum licite facta ut melius poterunt et viderint faciendum. Priores artium ultimis quinque diebus eorum offitii non audeant vel presumant aliquod statutum facere proponere vel reformare de aliquo negotio vel facto comunis Pistorii tamen [spetialium personarum seu de facto] — Et quia dicti priores artium consueverunt rogare non tantum ipsorum vel cancellarium in dictos ultimos quinque dies eorum offitii que fuerunt perfecta et expleta omnia que agenda eis occurrerit in dictis ultimis quinque diebus quod est absonum et absurdum ideo statuerunt et ordinaverunt quod dicti domini priores non possint rogare notarium et nec cancellarium nec ipse notarius et cancellarius rogari de aliquo facto spetialium personarum nisi de eo solo quod tunc explicite factum et consumatum fuit non aliter de eo quod fiendum expediendum et explicandum occurreret in futurum in dictis quinque diebus. Et si aliter scripserint dicti notarius et cancellarius puniantur pena quingentarum librarum denariorum et privationis offitii. Et de hoc debeat sindicari et tale preceptum et scriptura non valeat nec teneat.

Quod nemo proponendo aliquid per dictos priores vel permittendo quod aliqui processus criminales sive condepnationes tollantur. Rubrica

Propter punitionem maleficiorum et probationem iuris et iustitie et ne illi qui committunt maleficia evadant impuniti statuimus quod dicti priores artium populi presentes et futuri nunc numquam possint proponere ordinare et reformare vel aliquid contra punitionem maleficiorum nec de tollendis cassandis suspendendis vel revocandis aliquibus condepnationibus criminalibus nec aliquibus processibus civilibus vel criminalibus pendentibus in curia potestatis vel capitanei vel iudicis iustitie vel maioris sindici offitialium comunis Pistorii vel in alia curia comunis Pistorii nec de absolutione vel liberatione vel impunitate aliquorum maleficiorum vel qui maleficium commisissent pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet priore et alio quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et si secus factum vel ordinatum fuit non va- .lxxv.

[illegible] nec teneat [illegible] Et q(uod) d(i)c(t)is
[illegible] dicentur exp(re)sse d(omi)ni priores, n(on) ob
stantib(us) aliquib(us) alijs statutis ordinam
(en)tis u(e)l reformationib(us) in contrarium loque(n)
tib(us).

A(d) h(oc) ut una res p(ublica) [illegible] beate et rec
te regatur et gubernetur. Statuimus
q(uod) consilia ciuitatis p(redicte) et nec [illegible]
p(redicte) sint ista v(idelicet) Consiliu(m) camerarior(um)
artium ip(s)ius ciuitatis quor(um) numer(us)
est totus quadraginta octo, sit p(ri)mum.
Consiliu(m) ip(s)or(um) camerarior(um) et tri
ginta duor(um) artifficum de arte mercha
tie et sedecim artiffica(m) de arte cambij
et octo artifficum de qualib(et) alia arte
mengna. Qui artiffices scripti sint i(n) ma
tricula ip(s)ius artis et quatuor artiff(i)
cum de qualib(et) arte p(ar)ua de artibus
p(redic)tis ip(s)ius ciuitatis. Qui etia(m) quatuo(r)
artiffices sint et esse debeat scripti in ma
tricula ip(s)ius artis sit secundum consi
lium. Item consilium ad(unan)tie
g(e)n(er)alis quinque ator(um) artifficum de arte
artib(us) d(ic)te ciuitatis qui ma scripti sint
i(n) matriculis ip(s)ar(um) artium sit tertium
c(on)siliu(m). Item consiliu(m) maximum
arengh(e) seu arenghi et parlamenti
sit quartum. Item consiliu(m) g(e)n(er)ale
sit quintum. Item consiliu(m) maius
sit sextum. Item consiliu(m) [illegible] sit sep
timu(m). Que septem consilia fiat et fieri debeat
modis formis et solempnitatibus i(n)fra. Et
que consilia habe(n)t et h(abe)re debeat potestatem

auctoritatem et baylia(m) prout infra
singulariter denotatur.

Consilium camerarior(um) artium [illegible] co
uocetur et congregetur et quociens
et congregari debeat facta sup(er) hec p(ri)us
deliberatione p(er) d(omi)nos priores artium ip(s)i(us)
ciuitatis septem n(umer)o ad minus co(n)co(r)
dia et etia(m) f(ac)ta inter eos deliberatione
de omnib(us) et singulis que in d(ic)to c(on)silio p(ro)
ponere voluerit de qua deliberatione
fiat et fieri debeat p(ro)u(t) scriptura manu
cancellarij co(mun)is p(redicti) siue manu notarij
d(omi)nor(um) prior(um) et congregari debeat i(n) pa
latio ip(s)or(um) d(omi)nor(um) prior(um) pulsata cam
pana s(ecundu)m forma(m) statuti. In quo consilio
adesse et presentes esse debeat ad minus
triginta camerarij ex omnib(us) camerarijs
et ip(s)o consilio congregato sup(er) proponendis
et sup(er) omnib(us) et singulis que in ip(s)o con
silio p(ro)ponentur publiceq(ue) ex d(omi)nis [illegible]
oribus artium debeant [illegible] camerarij
bonum et utile quantu(m) poteriu(n)t c(on)siliu(m)
[illegible] Et de consilio et s(ecundu)m c(on)silium
[illegible] u(e)l plurium ex ip(s)is camerarijs
q(uod) [illegible] redditum fuit electum
p(er) ip(s)os d(omi)nos priores inter o(mn)ia c(on)silia red
dita fieri debeat inter ip(s)os o(mne)s camera
rios presentes scruptinium et partitum
hac forma v(idelicet) si erit tractatum de fac
tis et negotijs co(mun)is p(redicti) u(e)l ad ip(s)a
[illegible] p(er)tinentib(us) et spectantib(us) quoquo
mo(do) fieri debet ad scruptinium et pa(r)
titum cum bussolis et fabis et ad bu
ssolas et fabas ut moris est u(e)l sedendo
et surgendo seu leuando prout ip(s)is d(omi)nis

De ordinamentis et reformationibus ob-
servandis et de eorum prevalentia. Rubrica.

lxxvi. Statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus vel maior sin-
dicus et quilibet eorum teneantur ratas
et firmas habere et observari faciat et ratas
habere et observari ab omnibus tam de civitate
quam de comitatu et districtu Perusii et omnes re-
formationes fiendas dummodo faciat fiat
cum solepnitatibus que requirunt capitula
et statuta comunis et populi Perusii et dummodo
que fient non obvient nec contradicant ca-
pitulis seu statutis contentis in hoc volumine
seu aliorum eorum. Et si dominus potestas vel ca-
pitaneus vel offitiales eorum vel maior
sindicus vel aliquis ex eis non servaverit
vel observari non fecerit teneatur comuni Perusii
solvere nomine pene. Centum. libras denariorum. Et
si aliqua de dictis reformationibus in aliquo
inter se reperiantur contrarie servetur
ultime seu sequentes ut semper in eo contradi-
cerent inter se posteriores prioribus de-
rogetur. Et ultimo intelligatur esse ultime que re-
tro in volumine scripte sunt. secundum ordinem scripture.

Quod offitiales teneantur observare et observari facere omnia statuta et ordinamenta. Rubrica.

lxxvii. Teneantur potestas et capitaneus comunis
sindicus et iudex iustitie et eorum
libet eorum offitiales et quilibet alius iudex
comunis Perusii et eius offitiales et domini priores
artium et quilibet ipsorum observare et ob-
servari facere omnia et singula statuta comunis et
populi Perusii vel reformationes ipsius comunis
facte in quo vis consilio et etiam ordina-
menta alicuius artis seu artium sub pena
in ipsis ordinamentis contenta. si et quatenus
ordinamenta artium non sint in aliquo
contraria et non derogent statutis comunis
et populi Perusii directe vel per obliquum sub
pena in ipsis ordinamentis contenta artium
contenta. Ubi pena esset in ipsis ordinamentis vel statutis
determinata. Ubi autem non esset pena determina-
ta sub pena. Quinquaginta. librarum denariorum pro quolibet
capitulo. et de ipsis statutis et ordinamentis non
servandis non possit peti nec fieri aliqua ab-
solutio per aliquod consilium nec in aliquo con-
silio possit proponi nec reformari nisi si erit sta-
tutum comunis et populi Perusii in consilio cameraiorum
et centum. artifficum de qualibet arte magna
et quatuor artifficum de qualibet arte parva.
et nisi specificetur in ipso consilio came-
raiorum et artifficum cum solepnitate que
requiritur per capitulum statuti de quo vel
quibus petitum erit quod fiat absolutio vel
suspensio et nisi in ipso consilio inter-
sint saltem. Triginta. camerarii. et
sexaginta quinque artiffices et fiat scrupti-
nium et petitum ad bussolas et fabas et
sint due partes concordes et si aliter fiet non
valeat ipso iure :-

De electione bonorum hominum qui debent componere
et ordinare sacrefactos eorum et singulorum offitialium
civitatis Perusii. Ac etiam mittendorum ad regimina
castrorum civitatis Perusii. ac etiam civitatum et
terrarum devotarum comuni submissarum et recomendatarum. Et
de modo et ordine in et super dicta electione servandis. Rubrica. lxxviii.

Cum offitium dominorum priorum Artium
Civitatis Perusii sit principale capud
Regiminis Civitatis Perusii predicte. nec non
terrarum omnium et Civitatum submissarum et sub-
mictendarum ac etiam recomendatarum civitati
prefate propter quod unusquisque studere debet
solerti cura et Ingenio de electo de eis
ac etiam de aliis offitialibus tam dicte civitatis
quam aliarum civitatum et terrarum comuni predicto re-
comendatarum et submissarum fiat de melioribus
ydonioribus legalioribus et prudentioribus
hominibus civitatis quia sine bono capite in
regimine membra non bene reguntur. Et hominum

civitatis predicte Ambitio intantum supercrevit quod
quilibet magis ignarus ac indignus non
ex debito set exprecurante solicita volunt se de-
dignos facere tempore electionis sacchulorum de-
nique dissimile. Volentes quod aditus pro-
curatoribus desistatur et posse quis ab
omni corruptione in presenti punctio et ut electio si-
ncera ac pure ante fiat et omnis via pro-
curatorum precludatur. Ordinamus statu-
imus et reformamus quod ad electionem ca-
nonum priorum civitatis pisane et omnium aliorum
offitialium civitatis et comitatus pisani et terris
subiectis dicte civitatis ad regimina mitten-
dorum Exceptis castris comitatus pisani in
quibus mictuntur per comune pisanum potestates
procedatur modo et forma et ordine istis
videlicet Quod ultimus positus qui extrahetur
et publicabitur de presenti sacchulo et sic
subcessive in electione sacchulorum fieri debeat
infra octo dies ante introitus eorum offi-
tii computandos sub vinculo iuramenti
et pena mille librarum pro quolibet eis et a quolibet
ipsorum per maiorem sindicum tempore sin-
dicatus auferenda capitulum et promulgari
faciat et in locis consuetis banniri fieri
per unam diem ante quam infrascriptum consilium
coadunari et congregari debeat. Consilium
quod vocatur consilium ordinatum ad elec-
tionem bonorum hominum debentium eligere
bonos homines qui debent componere et or-
dinare novos sacchettos. Et bapni-
atur dictum consilium hoc modo et forma
videlicet Quod omnes qui hactenus fuerint in
priores et pro prioribus de saccheto veteri
extracti et publicati et omnes illi qui fu-
erint vel sint in offitio camerariatus et
artium tempore dictorum priorum ad dictum con-
silium venire et accedere debeat Au-
dita campana que pulsari consuevit
pro adunata generali congreganda. Quod
consilium congregari et coadunari per dictos priores

debeat in palatio eorum solite habitationis
et ante horam none et vel usque ad dictam horam
dictum consilium expectare debeat dicti pri-
ores qua hora clausa possint mandare
et debeat ad dictam electionem procedere cum hiis qui erunt tunc
congregati.
Quo consilio sic promulgato et convo-
cato et congregato in palatio habitationis
dictorum priorum per cancellarium eorum pisani
publice et clare ita quod quilibet volens
videre possit fiat et fieri debeat viginti.
brevia sicut sunt viginti prioratus
de dicto saccheto veteri et in quolibet dictorum
brevium sint scripta nomina et prenomina
porte et parochie priorum et nomina me-
nsium in quibus priores fuerint prout
extracti et publicati fuerint de saccheto
et talia brevia sic facta omnia per dictum
cancellarium mictantur in quodam
capello et ad invicem misscicantur
quo peracto et absque dolo et malitia
facto habeatur quidam puer parvulus
qui puer mictat manum in dictum ca-
pellum et exinde extrahat unum de
dictis viginti brevibus. Et illi priores qui
erunt scripti in tali brevi sic extracto cum
illis civibus pisanis qui fuerint vel
sint ad offitium camerariatus tempore dicti pri-
oratus videlicet illi qui tunc tempore dicti ~~prioratus~~ anno
consilii erunt in dicto consilio presentes
sint et esse intelligantur Electores
et qui potestatem et bailia habeant eli-
gendi quindecim bonos legales ac fide-
les homines et non appetitores offitiorum
populares et sufficientes et artifices quorum bonorum hominum duos semper
videlicet tres pro qualibet porta modo et ordine esse debeat mercatores et de
infrascriptis videlicet quod qui intus erunt retra- arte mercatie et unus pro qualibet
usi cancellarius faciat quinque brevia arte grossa reliqui non sint
videlicet unum pro qualibet porta in quo sit de artibus minoribus et ...
scriptum nomen porte et ponatur primum
secundum tertium quartum et quintum et
misscicat in capello deinde extrahat
unum quo extracto illi de illa porta se
ponentur et ponantur seorsum ~~ter remie~~
~~tere~~ et eligat tres. Et postea que trahet

porrectione libelli et litis contestatione
et sine strepitu et figura iuditii et sine
decimo mictendo apud massarium comu-
nis prout queadmodum ex istis consequen-
tibus omni ordine iuris et solepnitate
obmissa et substantialibus et iuditii pre-
termissis. Et quilibet filius familias iu-
dex ad consulendum absumptus et minor
viginti annis qui putaretur se ad consulen-
dum assumi intelligatur auctoritate presentis
statuti maior .xx. annis et tanquam pater
familias nec ex aliqua dicatur causa possit
aliqualiter se iuvare non obstantibus a-
liquibus statutis et ordinamentis vel refor-
mationibus factis et faciendis que in contrari-
um loquerentur quibus et cuilibet eorum
quantum ad hoc derogari volumus. Et
si de ipsis noviatim et specialiter fuisset in
hoc capitulo facta expressio. Et si pote-
stas et capitaneus vel aliquis officialis
cuius prout ad predicta fuerit negligentes
vel remissi puniantur in eorum sindica-
tu in mille libr. denariorum. Et quod pre-
dicta omnia teneantur et observentur pro lege
et statuto ipso iure. Et idem in-
telligatur in omnibus aliis officialibus
communis prout quibus mandatum consilium dare-
tur pro aliqua de predictis. **Quod domini priores non accedant ad eligendum aliquem potestatem vel capitaneum. Rubrica.**

.lxxxv. Statuimus et ordinamus quod domini
priores artium qui erunt pro tempore
et tempore quorum tractabitur de electione do-
minorum potestatis et capitanei sive maio-
ris sindici et iudicis iustitie pena
v. libr. den. non possint nec debeant
vel presumant ipsi vel aliquis eorum in
aliquo sive causa ~~tempore~~ tempore sui officii
nec post exitum officii eorum ire
vel accedere pro dictis dominis potestate
capitaneo vel iudice iustitie ad pre-
sentandum eis electionem vel alicui
eorum vel ad ipsum eligendum nec et-
per eos vel pro aliquem eorum mictatur
aliquis eorum vel alicui eorum pater vel filius
vel frater carnalis gener vel socer vel consan-
guineus usque in tertium gradum. Et si priores ar-
tium contrafecerint puniantur per maiore sin-
dicum in dicta pena. Et quicumque contra dictam
formam venerit in .C. libr. den. puniatur. Et de pre-
dictis ex officio per maiore sindicum inquiratur
et quilibet esse possit accusator et habeat medie-
tatem banni salvis semper statutis et or-
dinamentis eorum quibus per hoc capitulum
non derogetur et idem intelligatur in quocum-
que alio officiali eligendo per eos prout. **Quod preter dominos priores artium nulla propositio fiat in aliquo consilio nisi prius fuerit deliberata et certa forma probata in eos. Rubrica.**

.lxxxiiii. Nulla propositio fiat nec fieri debeat in
consilio aliquo nisi prius fuerit for-
ma supradicta in capitulo sub rubricha de consiliis congregandis per dominos
priores artium etc. Et potestas et capi-
taneus teneantur cum fuerint requisiti a prioribus
illas propositiones sic deliberatas proponere in
eo consilio in quo priores dixerint. Et
nullas alias absque ipsis proponere et debeat
et teneatur mictere partitum modo et
ordine contento in capitulo de offitio
priorum prout dominis prioribus placuerit contra
facientes .v. libr. den. pena incurrant co-
munis prout prosolvendum. Et ne possit de vi-
cario que constituerit potestas vel capi-
taneus in dubium revocari teneatur potestas et
capitaneus in principio eorum regiminis facere
fieri istrumentum publicum vicariatus illorum
quem vel quos constituerit vicarium vel
vicarios et dare istrumentum publicum cancella-
rio priorum et per unum notarium suorum suum
malleficiorum scribi facere in principio libri ac-
torum sub pena centum libr. den. et
sic appareat de vicariatu sive non. Qui-
cumque ex officialibus capitanei vel potesta-
tis proposuit et reformavit vel interfuerit
tanquam vicarius pro vicario habeatur et
fingatur auctoritate presentis statu-
ti. Possint tamen dicti priores
in quolibet consilio et adunantia pro-
ponere absentibus potestate et capita-
neo ab ipso consilio et suam solepni-

tatibus predictis et aliis statutis et ordinamen-
tis communis perusii. Et possit opponi cuilibet
reformationi fiende in aliquo consilio civi-
tatis perusii quod non fuerit facta forma prelata data
a statutis in iiii°x voluminibus contentis vel quod non
interfuerint due partes vel quod certus numerus non
interfuisset in tali reformatione per formam alicuius
statuti vel ordinamenti quo expresse certus nu-
merus requiretur vel quod deberet partitum inclu-
dum bussolis et fabis. Et opponens tales
exceptiones probare debeat in octo dies a die pro-
posite exceptionis computandos. qui si non pro-
baverit incidat in penam. CC. librarum denari-
orum quam de facto iudex coram quo fu-
erit proposita debeat auferre sub eadem pena
si negligens fuerit in qua per eius sindi-
catores debeat condempnari tempore sui sindica-
tus ad petitionem cuiuscumque petentis de qua pe-
na ducentarum librarum dimidiam dari fa-
ciat ei contra quem fuerit opposita si petierit ipse opponens
et si non petierit quilibet ee valeat accusare
et habeat dictam dimidiam partem Et
idem intelligatur in quolibet opponente al-
terius nomine nisi habeat spetiale manda-
tum quo casu dominus teneatur et non pro-
ponens. Tutores vero et curatores mi-
norum si opponeret et non probaverint ipsi tu-
tores vel curatores incidat in dicta pena
et non pupilli vel adulti. Cum priores
artium in omnibus consiliis debeant interesse
vel saltem septem ex eis nisi cum fortetur-
sinia et tunc sufficiat presentia duorum ex nos-
tris priorum artium ipsas sinas absoluta
... Que sententie criminales tam
per potestatem et capitaneum quam etiam per
omnes alios offitiales comunis perusii qui sen-
tentias ferrent deberet in criminalibus et
causis ferri debeant in palatio potestatis
ad bancum maiestatis in maiori consilio rat

De offitio notarii dominorum priorum artium. Rubrica.

LXXXIIII. Statuimus et ordinamus quod notarii priorum
qui fuerint in futurum teneantur scribere omnia
ista comunis et populi perusii et omnes sindicatus et
parationes. Reformationes non priorum
camerariorum et artificum et aliorum consiliorum
et adunantiarum in manibus priores artium propone-
rent et reformarent cancellarius comunis perusii sit
rogatus et rogari debeat nisi esset infirmita-
te gravatus vel alio iusto impedimento impe-
ditus quo casu domini priores possint dictas
reformationes scribi facere per eorum notarium ~~vel alia-
um que elegerit~~ durante dicto impedimento.
Notarii vero dominorum priorum quando ipsi pri-
ores sibi mandaverint scribere debeat omnes ap-
podixas et licentias concessas et concedendas
et dandas de voluntate omnium priorum vel ad
minus septem ex eis presentium consentientium
Et de predictis reformationibus omnibus fiat
unus liber magnus per dictum cancellarium in
cartis pecudinis qui semper remaneat in can-
cellaria dicti comunis. Notarius vero priorum
qui fuerint in futurum teneatur et debeat facere
unum librum per se de omnibus appodixis et licentiis
et aliis scribendis et fiendis per eum in dicto
offitio. Contractus non et ista sindicatus
de quibus rogatus erit scribat in libro inferius
denotato et inde libus infra mensem a die
depositi offitii. et ultra non possit pro rogatis
scribere omnes scripturas quas fecerit publi-
cas spectantes ad comune perusii sine aliquo salario
habendo. Ita quod de hiis omnibus possit haberi co-
pia Et si priores negligentes fuerint vel remissi
quod predicta non mandentur offitio per eorum no-
tarium ut dictum est solvat quilibet eorum comuni
perusii quinquaginta libras denariorum. Tenea-
tur etiam dictus notarius priorum qui fuerit in
futurum omnes predictas scripturas per eum fien-
das scribere et publicare et in forma publi-
ca redigere et ipsas scripturas omnes sic publica-
tas finito eorum offitio infra decem dierum
restituere et consignare in dicta cancellaria ipsis
prioribus novis subcessoribus. Et sic de priorati

traditione tertii dummodo tertium eligere non valeant qui forent in electione cum eis et si eligerentur non valeat. Et quod singule artes que habebunt rectorem eligere sternt per se divisim ab aliis tribus et sibi ad invicem non cognatur. Et iurent ad sancta Dei evangelia hominem meliorem eorum artis eligere in rectorem dummodo de una arte non possit esse duo rectores de una et eadem arte, domo vel familia qui non diviserint si non fuerint ultra quatuor homines in eadem domo et familia scriptos in eadem matricula unius artis quo casu possint duo eligi in eadem familia existentes. Et ne in electione dictorum rectorum possit aliquis ignorantia excusari ordinaverunt quod tempore electionis rectorum notarius cuiuslibet artis teneatur et debeat legere in dicta adunantia nomina et prenomina rectorum veterum qui fuerint precedentibus proximis sex mensibus et qui contra formam predictam elegerit et notarius qui scripserit et qui electionem acceptaverit incidat in penam .xxv. librarum denariorum pro quolibet eorum. Quam penam debeat maior sindicus de facto sine strepitu et aliquo alio processu auferre pro comuni aquolibet contra facientem et nichilominus talis electio non valeat ipso iure. Salvo quod hoc locum non habeat inter mercatores nec inter auditores cambii qui possint non obstantibus precedentibus vel sequentibus libere hiniusmodi capitulis facere et habere consules auditores et rectores eorum secundum formam capitulorum suorum vel ut deliberabitur inter eos. Et nulla ars preter mercantiam et cambium possit eligere consules vel auditores. Et incipiat offitium dictorum rectorum in kalendis Ianuarii et duret inde ad kalendas Iulii proxime sequentes et de inde incipiat offitium aliorum et duret usque ad kalendas mensis Ianuarii sequentes. Et idem intelligatur de consulibus merca-

torum auditoribus cambii et camerariis aliarum artium qui non durent in offitio nisi sex mensibus ut supradictum est de rectoribus et eorum offitium incipiat quando incipit offitium dictorum rectorum artium. Et supradicti consules mercatorum auditores cambii et camerarii aliarum artium eligantur .xv. diebus ante quam eorum offitium initietur. Hoc modo et forma videlicet quod quandocumque aliqua ars voluerit facere et eligere camerarium sue artis die precedenti bapniatur publice ora tertiarum vel modicum ante tertias cum duobus tubis per plateam et in tribus locis et per burgos in locis consuetis in quibus consueverint bapnimenta fieri per plateam et burgos com[illegible] prius. Et in bapnimentis exprimi debeat certus locus in quo dicta adunantia debeat congregari. De quorum bapnimentorum relatione apparere debeat publica scriptura manu publici notarii talis artis et in dicto loco dicta adunantia debeat congregari et fieri et aliter vel alio loco dicta adunantia congregari non possit et si congregata fuerit aliter vel alibi quicquid in ea fiet non valeat ipso iure. Et sequenti die quandocumque interfuerint due partes totius artis possit et debeat procedi ad electionem camerarii. Et fiat et celebretur electio camerarii ad brevia vel ad scruptinium ~~et non aliter~~ vel alio modo. Et semper in electione que fiet ad scruptinium esse debeat due partes artis presentes dando quilibet vocem suam in ipsa adunantia non remanendo nec renunctiendo ipsum camerarium electione in camerarium vetere secun-

sapientes vel rectores nec in pauciorem
numerum duarum partium totius artis. Et
ille sit camerarius qui in ipso scriptinio
pro camerario habuerit plures voces. ¶ In
electione vero que fiet ad brevia due partes
electionariorum de quorum numero ipsa ars nobilium
providerit de debeat in electione concordes esse
aut due partes artis non interessent a
dunantie tunc expectetur usque ad horam none
et ad eam horam in ecclesia possit et debeat cele
brari electio camerarii [et rectorum] modo et forma pre
dictis per illos artifices dicte artis qui inter
fuerint adunantie non obstante quod non inter
sint due partes artis presentes. ¶ Et quod elec
tio cuiuslibet camerarii vadat et fiat de por
ta in porta in qua [porta] erunt decem artifices
vel abinde supra. Ita quod illa porta que
habuerit vel habuit camerarium una vice
seu in .vi. mensibus non possit nec debeat
camerarium habere donec qualibet alia porta
que habuit .decem artifices vel abinde supra
habuit camerarium. Ita tamen quod si in aliqua
porta erunt pauciores decem artificibus
et due partes electionariorum voluerint
camerarium eligere in illa et de illa por
ta possint sicut de [eorum] eligendum processerit vo
luntate. ¶ Et qui est vel erit camerari
us una vice non possit esse camerarius
inde ad triginta menses. ¶ Salvo quod si
in aliqua porta erit dimidia omnium ar
tificum totius artis quod talis porta habere
debeat camerarium duabus vicibus in qua
draginta duobus mensibus et sic fiat et
observetur quibuslibet quadraginta duobus
mensibus. ¶ Et quia ars lane in porta sancti
Angeli ut communiter fertur habet ultra dimidia
omnium artificum totius dicte artis quod de septem
camerariis per quadraginta duobus mensibus
qui eliguntur dicta ars habere debeat duos
camerarios in dicta porta. Et si aliter vel

alio modo fieret electio illud ide debeat
observari. ¶ Hec autem que dicta sunt supra
de electionibus camerariorum non vendicent sibi
locum in electionibus consilii mercatorum nec au
ditorum cambii. In quibus procedi possit et de
beat ut ~~eorum moris est vel sicut de ipsarum~~
~~artium mercantie vel cambii processerit~~ voluntate.
¶ Et quod nullus consul mercatorum auditorum
cambii vel alius camerarius possit ad consilia
~~nec ad firmam vel firmas ferendas~~ alteri con
mictere vices suas et si commiserit non valeat
nec teneat. Nec talis vice camerarius ad con
silia possit nec debeat recipi vel admicti.
¶ ~~Possint tamen in hiis que sunt ante firmam~~
~~committere alteri vices suas~~. ¶ Et quod nullus
possit nec debeat eligi nec esse consul
mercatorum auditor cambii nec camerarius
nec rector alicuius artis qui non sit oriundus
ipse vel pater eius de civitate vel comita
tu Perusii ~~vel non habitaverit vel non habita~~
~~verit in presenti civitate vel burgis Perusii~~
~~per tempus quadraginta annorum continue an~~
~~quam eligatur in camerarium vel rectore~~. Quod
locum habeat in illis qui non fuerint alias
camerarii vel rectores qui vero alias [camerarii] fuerint
possint eligi hoc capitulo non obstante
et [nullus qui] non habeat libram quilibet camerarius de
quadraginta libris ad grossum et habuerit per
sex menses ante electionem et qui non habeat in
civitate burgis vel suburgis [vel comitatu] Perusii ~~domum~~
~~et~~ de possessionibus stabilibus evidentibus ~~compu~~
~~tata domo~~ valoris .cc. librarum denariorum. ¶ Et qui
libet rector [libram] de .xxv. libris ad minus. Quam
libram sibi facere et augere possint officiales
camerarii ante electionem camerariatus
et rectorie. Dummodo sibi non possit talis
augmentatio nisi fiunt per sex menses
ante suam electionem ut dictum est. Et nullus
minor .xx. annis possit eligi vel assumi
in camerarium alicuius artis. Et si ipsius

Nullus [illegible] possit esse consul auditor vel camerarius qui libram non habuerit in civitate vel comitatu Perusii per tempus saltem triginta annorum computato tempore quo eam habuerit in civitate [illegible] tempore quo eam habuerit in comitatu Perusii computato tempore suo et suorum auctorum. Ita tamen quod ille qui fuisset de comitatu et libram habuisset ut dictum est [illegible] libram nec non habitaverit [illegible] habuisse et fecisse debeat in civitate et [illegible] Perusii saltem per tempus duodecim annorum ad minus antequam ad ipsum officium assumatur.

ul aliquo predictorum contrafactum fuerit et
electio non valeat nec teneat sed ipso iure
sit cassa et nullius valoris et alius eligatur
modo et forma predictis Et eligens et acceptans
seu offitium exercens contra formam predictam in
quinquaginta libris denariorum pro quolibet contra
faciente et qualibet vice debeat condempnari
per maiorem sindicum communis Perusii Et quod omnis elec
tio cuiuscumque camerarii vel camerariorum aliter
vel alio modo facta seu facienda pro tempore fu
turo et que fieret in futurum sit cassa et nul
lius efficatie et valoris hec omnia vendicent
sibi locum quando electio fieret ad scruptinium
per artifices artium civitatis Perusii quando vero
fieret ad sacchettum servetur forma ipsa que con
tinetur in fine presentis capituli. Et ipsi con
sules mercatorum auditores cambii camerarii et rec
tores omnium artium eligi et dari debeant in
scriptis autenticatis cum appositione annorum domini et
diei cancellario communis Perusii pro communi octo di
ebus ante quam eorum offitium inchoetur. Et
illa ars que dictos suos rectores et offitiales
non elegerint ut dictum est. Camerarius et ipsi non de
derint et representaverint dicto cancellario ut dictum
est condempnetur et puniatur in centum libris
denariorum communi Perusii solvendis et nichilominus
electio non valeat ipso iure sed loco
talium alii confestim eligantur. Et predictis
omnibus et singulis maior sindicus inquirere
teneatur sub pena centum librarum denariorum pro quo
libet contrafaciente et condempnare ut supra
dictum est nullo obstante capitulo precedente
vel sequente Et nichilominus quilibet esse
possit et valeat accusator. Et ut breve
via optinentes eligendi ut supra dictum est
in hoc capitulo continetur possint electiones
ipsorum facere nec habeant materiam protelandi or
dinamus quod si ars dicta fuerit optinentes bre
via pro electione rectorum congregabit se ante
tertias possint tamen hic brevia eos eligendi

optinentes eligere ante nonam Et si post tertiam
nonam se congregabit possint tamen brevia
optinentes eligere et hic tempus eligendi
ipsos rectores usque ad primum sonum campane
communis que pulsatur de sero pro prima custodia
candis et non postea ullo modo. Et si aliter
vel ultra predicta fieret electio ipso iure sit nulla
Et quod dictum est de rectoribus idem intelligatur
de consulibus mercatorum auditoribus cambii et
de camerariis omnium aliarum artium civitatis
predicte preterea semper salvo. Volumus
insuper ordinantes quod omnes oriundi de civitate
vel burgis vel comitatu Perusii possint et vale
ant rectores qui artifitia continue ope
rentur vel in matricula alicuius artis sint scripti
et quod dicatur de oriundis in comitatu locum
habeat si habitent in civitate et burgis Perusii
et libram habeat in civitate Perusii et non
aliter. Volumus insuper quod sicut dictum
est supra quod offitium consilii mercatorum au
ditorum cambii camerarii cuiuslibet artis et rectorum
artium duret tantum sex mensibus. Ita offitium pri
orum iudicum et notariorum sindicum et notarii con
sortii iudicum et notariorum et rectorum iudicum
et notariorum duret tantum sex mensibus et pro quibuslibet
sex mensibus eligantur secundum formam ordinamenti
facta et facienda per ipsos iudices et
notarios. Volumus insuper quod cancellarius
communis Perusii aut alius notarius artis ad
hoc deputatus non debeat dare copiam no
minum rectorum seu rectores dare in scrip
tis alicui et si cancellerius vel notarius contra
fecerit teneatur solvere nomine pene viginti quinque
libras denariorum pro vice qualibet quotiens contrafe
cerit. De illis autem qui fuerint nati in
civitate burgis suburgis vel comitatu Perusii
volumus quod nullus possit esse camerarius alicuius artis
nec rector artium nisi habeat ipse vel pater vel
alius ascendens per lineam masculinam in civi
tate vel burgis vel suburgis Perusii domum
et in comitatu vel districtu Perusii terram
domum et alia bona stabilia ad minus ducentas libras et que

vel vendam presentam reliquam cum titulo pos
sideat sine fraude et qui contrafecerit accep
tando vel operando dicta offitia vel aliquod
ipsorum condepnetur per maiorem sindicum
in quinquaginta libris denariorum. Et nichi
lominus talis camerarius sive rector prae
torie sive camerario nullatenus habeatur et
quilibet possit esse accusator et habeat me
dietatem banni. Et rectores eligantur tot
quot continetur in presenti volumine statutorum
ut inferius continetur. Et nulla ars possit
plures rectores facere vel habere nisi sicut
inferius continetur. Et cuiuscumque ars contra
fecerit eligendo plures rectores condepnetur
et puniatur per maiorem sindicum in centum
libris denariorum. Et camerarius consiliarius
auditor qui nunc tempus est in offitio came
rariatus consulatus vel auditorie puniatur
in viginti quinque libris denariorum. Pre
terea volumus supradicto capitulo adiungentes
quod maior sindicus et iudex iustitie communis
predictis statim facta electione predictorum consiliariorum
mercatorum auditorum tabularum camerariorum
et rectorum artium omnium civitatis burgorum
et subburgorum predictorum teneatur inquirere pu
blice et secrete contra omnes et singulos
electos et si aliquem invenerit electum contra
predictas formas vel aliquam earum vel contra
formam dictorum capitulorum si acceptaverint
vel operatus fuerit offitium puniatur in L.
libris denariorum et electio ipso iure sit nulla
et alius debeat eligi in loco sui salvis
et reservatis sacchulis consiliorum mercatorum
auditorum tabularum et omnium camerariorum artium
civitatis predictis de incepto fiendis quibus non
statuta et reformationes antique salve
remaneant. Et in sacchulis qui in futu
rum fient fieri debeat secundum formam presentium
statutorum quod si facti fuerint forma predicta
non servata in confectione dictorum saculorum electio

quae fieret non valeat ipso iure et qui contra
aliquem electum opposuerit quod non fuit in sua
electione servata forma presentis statuti et non
probaverit puniatur per maiorem sindicum in
quinquaginta libris denariorum. Item volumus
quod nullus per viam sacchetti vel aliam pos
sit eligi vel assumi vel esse camerarius
infra tempus triginta mensium finitorum a tempore finiti
offitii camerariatus ad quod electus fuerit
vel fuit et habuerit. Et qui de uno sacche
tto camerarius fuerit tractus de eodem trahi
vel eligi non possit. Et si quis contra dic
tam formam acceptaverit puniatur pena
quinquaginta librarum denariorum de facto per maiorem
sindicum. Et privatus ipso iure intelligatur
et sit dicto offitio camerariatus per tempus decem
annorum a die acceptationis computandorum.
Et quod per maiorem sindicum vel alium offitialem
communis predictis confirmari non possit nec de
beat sub pena C. librarum denariorum de eorum salario
et cuiuslibet eorum quae debeat aufferri
ab illo qui contrafecerit per eorum sindica
torem tempore sindicatus. Et quod nullus
camerarius vel alius artifex cum vel quibus
committeretur refectio novorum sacchulorum camera
riorum aliarum artium possit in dicto sacchulo
ponere vel mictere per camerarium et si contra
factum fuerit ipsa insacchulatio et electio
non valeat ipso iure et nichilominus
privetur offitio camerariatus per decem annos
et privatus intelligatur auctoritate presentis
statuti. Et si commissio fieret de dicta refectione
aliquibus dicto camerario non possint dicti
factores sacchetti insacchulare vel mictere
dictum camerarium in ipso sacchulo. Et si
poneretur vel micteretur non teneat
insacchulatio vel electio ipso iure et sub
dicta pena non possit acceptare nec con
firmari possit per dictum maiorem sindicum

(fine del capitolo)

45

Ars sartorum unu camerariu et quinquaginta rectores
Ars magistroru lapidu et lignaminu unu camerariu et quadraginta rectores
Ars fabroru et caldariolor unu camerariu et triginta rectores.
Ars macellatoru unu camerariu et quadraginta rectores.
Ars tabernarior arbergatoru et panicocolor unu camerariu et triginta rectores.
Ars spetiarie unu camerariu et viginti rectores et omes rectores dividantur sm forma ordinamentor dictaru artiu.
Ars pannor veteru unu camerariu et tredecim rectores
Ars pistiu unu camerariu et decem rectores
Ars pechaciantiu unum camerarium et quindecim rectores.
Ars bicherariorum et sthutellariu unu camerariu et quinque rectores.
Ars vasarioru et tabern unu camerarium et sex rectores
Ars istor qui faciut capellos siu galera unu camerariu et quinque rectores
Ars testor et bactelarie unu camerariu et viginti rectores
Ars matarazor unu camerariu et decem rectores
Ars merciarior de tascheis unu camerariu et decem rectores.
Ars pectenarioru unu camerarium et septem rectores
Ars cordonu veteru unu camerariu et decem rectores Ars zacharior unu cam et x rectores
Ars pillaiolor salis et farine unum camerarium et duodecim rectores
Ars picchiarellor unu camerarium et viii rectores
Ars istoru qui faciut insulas unum chamerarium et quinque rectores
Ars spadarioru unu camerariu et decem rectores.
Ars ferrarior unu cam et viii rectores

Ars cartolarior unu camerariu et decem rectores
Ars pictoru et miniator unu camerariu et quinque rectores
Ars barilariu unu camerariu et quinque rectores
Ars petraiolor unu camerariu et vii rectores
Ars funarior et bastarioru unum camerarium et decem rectores
Ars tegularioru et istoru qui faciut mactones unu camerariu et duodecim rectores
Ars bovateriorum unu cam et duodecim rectores
Ars corbarioru et canestrarior unu camerariu et quinque rectores.
Ars pilliciarior possit facere unu camerariu et sex rectores.
Ars sellarioru tabulatoru et corigiarioru unu camerariu et decem rectores
Ars fornarior unu camerariu et septem rectores.
Ars barbarioru unu camerariu et sex rectores.
Ars coltrarior et tintoru unu camerariu et decem rectores.
Ars picchiarellor unu camerariu et decem rectores.
Ars aurifficu unu camerariu et quinque rectores et stet sub protectione et correctione artis campsorum
Ars tonsoru et conciatoru unu camerariu et decem rectores.
Ars miniatorum habeat unu camerariu et quinque rectores
Ars banbacharioru habeat unu camerarium et quinque rectores Qui omnes rectores dividantur sm forma ordinamentorum ipsorum. Item statuerunt et ordinaverunt quod quelibet ars grossa civitatis perusii habeat et habere debeat ad minus sexaginta artifices scriptos in matricula civitatis perusii et quelibet ars denominata artium dicte civitatis habeat et habere debeat ad min

sic sic
a civit. preteritos

[..]ginta artifficės scriptos in matricula ci-
vitatis prius. ~~Et quelibet ars de minoribus~~ (no)
artibus dicte civitatis habeat et habere de-
beat ad minus triginta artifficės scriptos (no)
~~in matricula et antea prius.~~ Et quod que-
libet ars de artibus grossis habeat et habere
debeat ad minus triginta artifficės videlicet sex
per quamlibet portam qui possint esse priores et
camerarii predicte artis secundum formam ordina-
mentorum de hac materia loquentium. Et sit
omni exceptione maiores. Et quelibet ars
minor decem artifficės qui possint esse pri-
ores et camerarii. Et si occurrerit quod
aliqua ars non habet numerum artifficum
perfectum quod infra sex menses a die publica-
tionis statutorum adimplevisse debeat dic-
tum numerum sub pena centum librarum
denariorum pro quolibet camerario qui tunc
temporis erit. Et eadem pena puniatur ars
et si negligentes fuerint in non adimple-
do dictum numerum homines ipsius intel-
ligantur privati ab omni honore camera-
riatus quousque adimpleverint dictum nume-
rum ut supra dictum est. Teneatur tamen
dictus camerarius facere adunatiam arti-
ficum et ponere de adimplendo dictum numerum
secundum formam presentis statuti. Et eo casu
quo dicti artifficės vel maior pars consensse-
rint adimplere debeat dictum numerum.
Si vero contradiceret possit ipse came-
rarius ~~solus vel~~ cum quibus sibi habere
voluerit dictum numerum adimplere et in ma-
tricula scribi facere quod si non fecerit puni-
atur ipse per maiorem sindicum in dicta pena
sibi auferenda tempore sindicatus. Et quod nul-
lus camerarius per dictum sindicum debeat con-
firmari nisi in sua matricula in qua
scripti appareant artifficės secundum numerum
supradictum. Et quilibet camerarius cu-
iuscumque artis teneatur artifficem qui exer-

cuit artem de qua est camerarius et exer-
cuisset per annum continuum ante recipere
in matricula sue artis. Et si noluerit
recipere ad petitionem ipsius, ubi ipse
petierit in presentia duorum testium, sub pena
camerario contrafacienti ducentarum librarum
denariorum non obstante aliquo ordinamento ali-
cuius artis quod in contrarium loquetur dum-
modo dictus talis petens se scribi non sit scrip-
tus in alia matricula alterius artis et
eo casu quo scriptus esset et vellet se in
arte quam exercet scribi facere primo pe-
tat et faciat se cassari de matricula alte-
rius artis quam non exercet. Et etiam quilibet
camerarius teneatur ad penam ducentarum
librarum denariorum omnem volentem et petentem
se scribi in matricula sue artis de qua fuit
pater talis petentis et scriptus fuit in
matricula dicte artis recipere in artifficem
dicte artis et scribi facere in matricula ta-
lis artis facta petitione seu protestatione
tali camerario in presentia duorum testium
sub dicta pena ~~dummodo predicta non intel-
ligantur nec locum habeant in filiis rebellium
et confinatorum.~~ Quod faciat se scribi in
duabus artibus Rubrica.

missus

Nullus possit nec debeat eligi vel esse
prior camerarius vel rector nisi pro illa
arte tempore electionis sive insacculla-
tionis in qua esset scriptus in matricula. Ita
tamen quod si aliquis vellet deserere artem
suam solitam et aliam exercere quod possit
scribi in illa arte et matricula illius
artis quam exercere vellet ~~et pro prima arte
habere possit officia et beneficia prout po-
terat in prima arte de qua erat.~~ Et hoc
postquam scriptus erit in matricula artis quam
exercet dummodo primo eleverit et cassa-
tur de prima arte de qua fuerat in qua

[Marginal note, right margin:]
sic
occasione novitatis rebellionis
rebellium contra populum nec
ad [..]natis ex causa ipsius
novitatis. Qui in aliqua
matricula alicuius dictarum
artium scribi non possit.
Et quod dicti rebelles et confinati
predicti et filii eorum cassentur
~~et ex nunc pro cassis habeantur~~
de matriculis artium predictarum
per capita seu caput ar-
tis [..] scripti essent in ducis
mensibus proximis post caput
seu capita non cassatum quinque
[..] Et ex
nunc pro cassis habeantur.

p. ca. [..]

Lxxxxj.